

Qui negant quoad prædicta.

Temperamentum P. Quintanad.

Negantii fundamentum.

Aſſertio 8. Omnia pro Feſtiuitatibus eſſe communia.

Aſſertio 9. Probabile idem de Indulgentiis.

142 Alij tamen communicationem vniuerſalem quoad Indulgentias non admittendam exiſtimant, ex quibus aliquos adducit Diana, & ſequitur *Parte 9. Tract. 2. Reſolu. 20.* & antequam P. Quintanad. *Tomo 1. in Appendice Tract. 4. Dub. 8.* qui tamen *Dubio 9.* moderationem proponit, iuxta quam poſſit privilegium communicationis ſubſiſtere, nec tamen inconuenientia communicationis ſentiri. Ait ergo Primò omnes Indulgentias & Iubilæa Religioſis immediatè conſeſſa, aut perſonis adiunctis, omnino eſſe communia. Secundò. Quæ immediatè & directè ſæcularibus conceduntur, in omnibus Eccleſiis eius Ordinis obtineri poſſe, cuius eſt locus deſignatus, niſi aliud exprimat. Regulares autem cuiuſcumque Ordinis in ſuis Eccleſiis ea poſſe lucrari. Eſt autem indicium immediatæ conſeſſionis pro ſæcularibus, cum ad illos conſeſſio dirigitur vſitatâ formâ: *vniuerſis Chriſti fidelibus &c.* & quod ad extensionem pro ſæcularibus in diuerſorum Ordinum Eccleſiis, ex declaratione habetur Leonis X. in Bullâ communicationis, de quâ *num. 116.* Tertio, Iulium Secundum de Indulgentiis non locutum, ſed de fauoribus alijs, vt ſuſpenſione Interdicti, & ſolemnitatis alicuius additione: vti eſt ea, quæ ex recitatione Symboli Niceni in Miſſâ poſſit acereſcere: & quam habent Patres Franciſcani pro Sanctòrum ſuorum celebratione. Circa ſæculares ergo nihil eſt commune ex Indulgentiis & Iubilæis: licet ſit quoad Religioſos ipſos modo dicto. Et hunc philoſophandi modum videtur probare Diana, quatenus in ordine ad modum communicationis in Iubilæis & Indulgentiis inter Regulares ad P. Quintanam remittit lectorem.

143 Præcipuum eorum fundamentum ex praxi deſumitur: communicationem enim prædictam deſtatutur conſuetudo; ſecundum quam privilegia eſſe interpretanda, communis eſt ſcriptorum doctrina. Et talis eſſe videtur Fidelium ſenſus, doctis etiam id probantibus. Quis enim Iubilæum vniſ Ordinis Eccleſiæ conſeſſum, in alterius Ordinis Eccleſiâ lucraturus pergat? Accedit, quod & illi non addunt, fruſtrâ à Pontificibus Iubilæa peti pro Feſtis, quandoquidem beneficio communicationis in Religionibus illa exuberant, ſi ita eſt intelligenda. Quibus poſitis Dico octauò. Quidquid ſpecialis fauoris eſt, extra Indulgentias & Iubilæa, quod ad Feſtiuitates Sanctòrum ſpectat, communicationis beneficio debet Religionibus eſſe commune. Sic citati: qui circa hoc ſaltem debent conuenire ſuppoſitâ communicatione in iis, quæ Iulius Secundus in ſua illa pariformitate concedit.

144 Dico nonò. Quoad Iubilæa, & Indulgentias pro Feſtiuitatibus conſeſſa, probabile eſt communicationem extendi, ita vt non ſolum Regulares, ſed ſæculares etiam poſſint illa in eorum Eccleſiis indifferenter obtinere. Sic citati, & probatur ex tenore conſeſſionis, de quo *num. 139.* ampliffima enim eſt. *Ita quod ea quæ in honorem Sanctòrum Fratrum, vel locis ſunt conſeſſa, omnia illa Fratrum eorumque locis, & Feſtiuitatibus &c.* Atqui Indulgentiæ & Iubilæa in aliquo vero ſenſu dici poſſunt Fratrum, locis, & Feſtiuitatibus conſeſſi: ergo ſub tali generalitate fuiſſe com-

prehenſa, poteſt verofiſſimè affirmari.

Quod efficaciter vrgeo. Nam quidquid afferri contra hoc poteſt, contra id militat, quod de extensione admittitur Indulgentiarum & Iubilæorum pro ſæcularibus ad omnes Eccleſias Ordinis illius, pro quibus dicuntur eſſe conſeſſa. Rogo enim vnde hoc colligatur? Leo X. ſolum loquitur de Indulgentiis conſeſſis viſitantibus Eccleſiam S. MARIÆ de Populo; vnde concludit prohibens ſub excommunicatione latæ ſententiæ ne Fratres cuiuſcumque Ordinis, & quilibet alij *deinceps Indulgentias & gratias S. MARIÆ de Populo de Vrbe ad ſæculares extendi prædicent, aut publice, vel private nuntient.* Quod ſi videatur neceſſariò concedendum ex prædicta prohibitione ſequi, idem generaliter dicendum, quia Pontifex ibi non potuit ſiniſtram interpretationem eorum carpere, niſi ob generalia principia: circa conſeſſionem enim pro Eccleſiâ dictâ nihil ſpecialiale occurrebat, propter quod de illa aliter deberet iudicari. Ex eo argui poteſt: nam Pontifex, cum extensionem prohibet reſpectu ſæcularium, abſolutè loquitur, & nullum addit verbum, ex quo deduci poſſit diſcrimen illud de diuerſis aut eiſdem Ordinibus, quod & concluſio illa ſatis oſtendit: *ne ad ſæculares extendi prædicent.* Et nihilominus, eo non obſtante, extenſio talis vt verofiſſimè admittitur: ergo & loci habere etiam poteſt, quæ ſit reſpectu omniũ religionũ communicationis habentium privilegium.

145 Non video autem quid vterius vrgeat, niſi exclamationes illæ: quis vnquam cogitauit quòd virtute Iubilæi conſeſſi in die S. Bonauenturæ, lucentur Fideles illud in die S. Hyacinti in Ordine Prædicatorum? quis item dixit Portuicula Iubilæum lucrari poſſe Fideles, vel hoc vel alio die, in Societate IEſu? aut quòd Iubilæum Doctrinæ Chriſtianæ, & Communio- nis ſingulis menſibus faciendæ, lucentur in Eccleſiis S. Franciſci, S. Dominici, B. MARIÆ de la Merced, & aliorum Ordinum? &c. Ad quæ quidem reſponderi poteſt ſimilibus ferè exclamationibus. Quis enim ex cogitauit quòd virtute Iubilæi conſeſſi viſitantibus Eccleſiam S. Cru- cifixi Burgenſis in eius Feſto, lucentur illud Fideles viſitantes Eccleſiam quamlibet in Indijs Auguſtinienſium Patrum? quis item dixit Iubilæum conſeſſum viſitantibus Eccleſiâ, in quâ eſt corpus B. Franciſci, à viſitibus Eccleſiâ quamlibet Patrum Minorum in Philippinis obtineri? quis Iubilæum Miſſionum in qualibet Eccleſiâ Societatis, etiam remotioris oppidi, Fideles conſeſſi? Si dicatur eſſe qui ita & cogitauit, & dixit: circa priora pariter reſpondendum. Admiratio autem huiusmodi ex ignorantia oriri ſolita: vnde admoniti de privilegio communicationis, mirari deſinent, & Deo, cuique Vicario in terris gratias agent, qui theſaurum Sanguinis Chriſti ſic largiter profuderunt. Addendum item, circa Iubilæa aliqua poſſe de mente Pontificum ſpecialem noticiam haberi, & ita non cenſenda communia. Quod de aliquibus Societati conſeſſis ob peculiaria miſſionaria poteſt verofiſſimè affirmari: ea enim ſi vellent Religioſi obire alij, fruſtus fortè non creſceret, ſed æmulatione potiùs minueretur. Praxis autem contraria, quod eſt aduerſæ poſitionis fundamentum, ex incertitu-

Probatio efficax ex ijs, quæ aduerſantes admittunt.

Leonis X. prohibitio- nem ſpecialem non vrgerè.

Neque exclamatio- nes quafdam eorumdem.

Contra quæ alio proponuntur, ex eorumdem doctrina.

Limitatio aliqualis.

Praxis non vrgerè.

Aſſertio 10. Conſeſſa pro Feſtis cum proportione applicanda quæ explicatur.

Aſſertio 11. Communicacionem inter Indios & Hiſpaniam in præſatis extare.

Regni Caſtelle conſeſſa pro Indijs an ſuffragentur. Et quid pro eo faciat.

Contrariũ quæ probet, quod ſecus alij.

dine alterius ſententiæ prouenit, quæ tantum probabilis aſſertur: vnde etiam prouenit, vt magis peculiare Iubilæorum conſeſſiones curen- tur impetrari. Et quidem praxis contra extensionem illam ad Eccleſias cuiuſlibet Ordinis etiam militat, vnde & Iubilæa aliter conſeſſa Commiſſarij S. Cruciatæ publicari nequaquam patiuntur.

146 Dico decimò. Conſeſſa pro Feſtis Sanctòrum in præſatis Bullis, cum proportione applicanda ſunt Feſtis Sanctòrum cuiuſlibet Ordinis privilegium communicationis habentis. Sic præter citatos P. Palau. *Tomo 1. Tract. 3. Diſput. 4. Puncto 2. S. 9. numer. 5.* Etiamſi Sancti Canonizati non ſint. Id probò. Nam in conſeſſione dictâ numeratur Feſtum SS. Martyrum Marroquienſium: illos autem non eſſe ſolemni Canonizatione huculque decoratos cum Caſtellino dixi in *Amphitheatro Miſericordie.* Quod etiam conſtat: quia illi in Officijs ſacris, & in Miſſâ, vocantur Sancti, & illorum Feſtiuitates ſimiles ſunt Feſtiuitatibus aliorum; & aliquando celebriores, ob populorum deuotionem: licet à ſacrâ Rituum Congregatione nonnulla circa Beatiſicatos prudenti ſcit animaduerſione diſpoſita, quæ tamen dictis nequeunt obſtare, cum Feſtiuitas & celebritas abſolutè concedatur.

147 Dico vndecimò. In Indijs communicatio dictâ ſimiliter procedit: vnde quæ Prouincijs Hiſpaniæ in hoc genere conſeſſa fuerint, ad illas ſine ſcrupulo poſſunt extendi. Quando ſcilicet Regularibus celebrationes cum officio & Miſſâ Sanctòrum aliquorum, aut myſteriorum quorundam conceduntur. Circa Beatiſicatos tenenda à Pontificibus decreta meſura. Si verò non Regularibus, licet ad eorum inſtantiam, ſed regnis ſpecialibus concedantur, alia eſt ratio, quia inter regna non eſt privilegiorum communicatio, aut privilegium communicationis. Et dubitatum quidem fuit an conſeſſa pro regnis Caſtelle, ad Beticam poſſint extendi: circa quod P. Quintanad. *Tomo 1. Tractatu 7. Singulari 26.* vti probabilem partem affirmantem ſtatuit, & reuera talis eſt: & ita Feſtum S. Iſidori Agricola poſſe in eâ cum Octauâ celebrari ſpecialiter reſoluit. Quia verò Indiæ Occidentales, quæ ad regnum Caſtelle ſpectant, & acceſſoriè regnis Caſtelle & Legionis vnitæ ſunt, ac per conſequeus eiſdem legibus & moribus gubernantur, vt eruditè probat Dom. Solorzanus *Tomo 1. de earum iure Libr. 3. Cap. 1. numer. 46. & ſeqq. & Tomo 2. Lib. 2. Cap. 30. num. 40. & Lib. 3. Cap. 25. numer. 15.* viliſ nonnullis, ſimilem poſſe fieri extensionem. Quod roborari poteſt ex eo quòd ob prædictam rationem publicatio Bullæ Cruciatæ pro regnis Hiſpaniæ conſeſſa, ad Indijs eſt propagata, vt teſtatur Auctor idem *num. 15. citato.* Quod equidem multò maioris momenti eſt quàm vt de hoc aut illo Sancto, vno vel alio modo, ſeruatis Romanæ Eccleſiæ ritibus celebretur.

148 Nihilominus alij contrarium cenſuerunt, & Illuſtriſſimus Archiepiſcopus Limanus vetuit D. Iſidori Feſtum, non ſolum cū Octauâ, ſed etiam ſine illâ celebrari, quia extenſio iſta nimis laxa videbatur. Et de Beticâ quidem meritò dubitatum eſt: probabilis tamen aſſertio;

Theſauri Indici Tom. II.

probabilis inquam, non certa, pluribus placuit. Quid ergo de Indijs æquum fuerit cenſeamus? & quidem quòd Bætica Caſtelle ſit nomine comprehenſa, multa probant, in quibus & Indi- arum vſitatiffima loquendi forma: merces enim Caſtelle dicuntur ex Bætica etiam aſportata: & ad dictorum adſtruemam ſidem ſic dici ſolitum: *Sic me Deus in Caſtelle deducat:* etiamſi pro Bætica tantum contingat ſuſpirare. At quòd Indiæ Caſtelle nomine aliquando venerint, in- auditum eſt, ſicut neque Hiſpaniæ: & ita Rex noſter glorioſo illo contentus titulo in Regijs ſtemmatibus, & monetis Philippus Quartus Hiſpaniarum & Indiarum Rex Catholicus. Quidquid ergo de communicare legum & morum ſit, quod totum ex Regio pender arbitrio: communicacionis in ſpiritualibus alia ratio eſt, in quâ non eſt à Pontificis voluntate recedendum, qui quando ad Indijs ſua vult Indulta protendi, id ſolet exprimere vt facit Gregorius XIII. circa Feſta in Hiſpania peculiariter celebranda. Quod autem de Bulla Cruciatæ dicitur, non vrget, quia in eadem Bulla eſt pro Indijs expreſſa conſeſſio verbis illis: *in Hiſpaniarum regnis, & Inſulis illis adiacentibus &c. & dominijs Terræ firmæ, & maris Oceani &c.* Pro quo Alſonſus Perez de Lara in *Libro trium gratiarum fol. 113.* ex quo Recentiores alij. Et ego quidem, quidquid de aliqui probabilitate ſit, morem gerendum duxi Dom. Archiepiſcopo, præſertim quoad Octauam, & conformitatem cum Metropoli decentiorem & laudabiliorem ſemper arbitrat. Cedendum tamen aliquando conſuetudini, licet non plenè aut ritè fundatæ, ne proprio addictus iudicio, cum aliqui Communitatis offenſione, quiſpiam videatur.

Ex Cruciatæ conſeſſione argu- mentum eneru- oſum dicitur.

Quid in ſacri con- ſuetudine.

Quarta difficultas, An communicatio procedat, etiam cum Privilegio adiacentur particule taxatiue, vt vobis tantum, & ſimiles.

149 Circa hoc certum eſt communicationem non habere locũ, quomodocumque; Pontifex ſuam inſinuet voluntatè, ita vt de eâ nequeat verofiſſimè dubitari. Quòd ſi probabileſ vnde- cumque appareant coniecturæ, probabile etiam poterit iudicium eſſormari, & ita probabiliter procedi, vt fauor, ſemper præcipuum locum habeat, cum ſinus in materiâ fauorabili. Vnde ſtare poteſt, vt cum particula taxatiua voluntas contraria conſtet, & quòd illa addita tantum ſit ad affectũ expreſſionem, vt iis ſcilicet, quibus privilegium conſertur, ſe benignum peculiariter oſtendat, etiamſi ſciat ratione communicacionis beneficium ad alios peruenturum: quod illis ipſe directè non præſtat; vnde ſi alijs communicacionis beneficio carerent, minimè ad illos ſuam protenderet conſeſſionem. Quando autem ita eſſe intelligendum ſit, ex circumſtantijs pender, vt dixi, & ſic iuxta eas, ſi probabileſ fuerint, procedendum. Et certè cum dicitur. *Vobis tantum, & non alijs, etiam ratione communicacionis, res eſt penitus indubitabilis: nullo enim elatiõri modo potuit voluntas Pontificis fieri manifeſta.* Vnde difficultas ſolum videtur eſſe circa conſeſſionem

Certa quædam præmittuntur.



Pro affirmatiua parte quid faciat.

Sententia quorumdam cum distinctione loquentium.

Et absolute negantia.

Afferio 12. Status negatiuum.

P. Suarij iudicium. Et ratio, qua roboratur.

Afferio 13. Negatiua esse probabilem: ex triplici capite.

cum particulis taxatiuis, solum, tantum, dumtaxat, & similibus, nulla alia adminiculante coniectura. Et videri alicui posset verosimilis pars affirmans: nam reuera contingere potest, vt particular dicta ex speciali tantum apponantur affectu, sine intentione impediendi communicationem: ergo, cum non constat aliter adiectas, priuilegiati in sua sunt possessione, & in dubio melior est conditio possidentis. Quia vero hoc videtur difficile, cum distinctione loquuntur alij, dicentes, si communicatio precedat, & priuilegium postea concedatur, communicationis effectum impedi: si autem sublequatur, omnia comprehendere. Sic Emmanuel Rodericus Tomo 1. q. 1. regular. q. 18. artic. 6. qu. 55. artic. 17. & Tomo 3. q. 23. artic. 5. Fr. Ioannes Baptista in Animaduersionibus pro Confessariis Indorum fol. 115. Bassæus verb. Priuilegium 5. numer. 14. & alij. Contrarium tamen tenent P. Suarez Lib. 8. de legibus Cap. 17. num. 8. P. Palaus Tomo 1. Tract. 3. Disput. 4. Puncto 2. s. 9. numer. 3. P. Escobar de Mendoza Tomo 1. Lib. 6. numer. 77. P. Arriaga Tomo 2. in 1. 2. Tractatu de legibus, Disput. 32. num. 51. vbi sententiam P. Suarij tamquam probabilioram amplectitur, licet digladietur circa aliquas ab eo adductas rationes.

150 Dico duodecimo. Cum apponitur particula taxatiua, non est locus communicationi. Sic tenent communiter Doctores, dum id afferunt aut supponunt, & P. Suarez supra affirmat oppositum esse plane falsum, & rationem addit, quia alia prohibito esset vana & frustra fieret. Cui tamen quia iuxta dicta responderi potest, non esse vanam & frustraneam; eo quod deseruiat ad declarandum affectum in Pontifices roboranda est ex eo quod verba absolute prohibitionem sonent, & aliunde non constat de mente Pontificis: ergo standum illi prorsus est. Sic autem bene sequitur fore vanam & frustraneam prohibitionem: quia ad significandum affectum sufficiens erat simplex concessio, quæ eandem vim habet; & ita particular vim continent prohibitiuam, in ratione talis vana & frustranea ceteri potest; quatenus nullum habet specialem effectum. Sed quidquid de hoc sit, ratio adducta vrget: cui non fit satis ex eo quod mens Pontificis videatur dubia: non enim dubia est, quando absolute apponitur limitatio, & de contraria voluntate nullum extat argumentum.

151 Dico decimotertio. Vtraque dicta sententia probabilis est, sed posterior magis Iuri, rationi, & æquitati conformis. Primum ostenditur. Nam relatum est in referente, & secundum illud debet dispositio limitari, quæ se ad illud refert, siue relatum sit iuris iam constituti, siue postea constituendi: per Textum, & Doctores quos adducit Dom. Solorzanus Tomo 2. Lib. 2. Cap. 22. num. 38. & alij communiter. Ergo cum priuilegium communicationis ad priorem concessionem referatur, & hæc limitationem habeat, iuxta eandem debet limitari. Secundum etiam: quia generalis concessio non est sufficiens iudicium constituenda omnimodæ æqualitatis: nam per eam, vt etiam habetur in regulis iuris, non veniunt ea, quæ quis non esset verosimiliter in specie concessurus:

quod hic apparet: nam cum respectu præcedentium Religionum non fuerit facta concessio, quibus tamen generalis communicationis priuilegium est; neque de communicatione aliis facta, aut etiam eisdem, id debet præsumi: nam si voluisset, expressisset. Tertium denique: quia non apparet conueniens vt singularis prærogatiua, quæ Religioni alicui ob singularia merita conceditur, verborum tantum generalitate, quæ stare cum ea possunt, seruata eorum proprietate, tollatur: si dicas non tolli, sed extendi ad alios sine aliquo illius detrimento. Id quidem non satisfacit: nam licet non tollatur vsus, tollitur tamen prærogatiua singularis gratiæ, quæ quidem in decorem & excellentiam Religionis cedit. Et quidem illa ob specialissimam aliquam rationem concessa est; & cum Pontifex de illa mentionem non faciat, non est credendus reuocare: priuilegium enim priuilegio non tollitur, cuius non fit mentio, vt dictum aliis, & habetur in Cap. 1. de Constitutionibus in Sexto, alibique.

152 Factum hinc vt Episcopi aliqui in Indiis nullo modo adduci potuerint, vt Fratres B. MARIÆ de Mercede extra tempora, & non seruatis Interstitiis, ordinarent. Licet enim priuilegium amplæ communicationis habeant, quia tamen concessio Societati circa id facta, communicationem tollat, visum illis locum non habere, eo quod priuilegium communicationis antiquius videatur, nec suffragaturum, etiam si recentius, propter dicta. Circa Religiones tamen alias non ita factum ab illis. Non video autem discriminis rationem: alia enim ex eo sibi valere priuilegiū Societatis contendunt, quia priuilegia Societatis in particulari quibusdam sunt Religionibus concessa, & ita omnes communicationis priuilegium habentes, post concessionem eandem ad dictam participationem admittuntur. Atqui Religio præfata communicationem amplissimam habet à Sixto V. concessam, de qua Fr. Emmanuel citata Quæst. 55. artic. 12. in qua licet Societatis non fiat mentio, illius tamen priuilegiorum, sicut & Ordinum aliorum, participationem indulgeri omnino certum est: neque enim Societas priuilegium aliquod habet, vt eius priuilegia non debeant concessa censerī, nisi de illis fiat mentio expressa & ita licet in aliquibus concessionibus facta sit, vt videri potest apud Emmanuelem & Bassæum supra: id quidem ad maiorem factum expressionem: eo siquidem non obstante communicatio procedere debuisse. Quod autem ratione limitationis additæ circa Ordines suscipiendos specialis difficultas sit: ea quidem ad omnes spectat Religiones, & ita vel neganda communicatio omnibus, vel omnibus concedenda. Accedit amplior concessio, de qua in Compendio Indico verb. Ordines s. 2. Sed ipsi viderint, docti enim sunt: licet non raro contingat circa Religionum iura hallucinari nonnullos.

Negatiua sententiam qui tenent.

Qui affirmatiuum.

Quid P. Suarez.

Quinta

Quinta difficultas, an Priuilegia quoad suum vsus in Religione, cum aliqua limitatione concessa, cum eadem limitatione debeant in aliis, in quibus diuersus gubernationis est modus, exerceri.

153 Exemplum sit in Societate IESV, in qua nullus priuilegio aliquo vti potest sine licentia R. P. Generalis, aut aliorum, qui ad illam concedendam, specialem habuerint commissionem. Poterunt Religiosi alij omnino independentes à suis Prælatiis, priuilegiorum eiusdem participatione potiri: quæ difficultas in similibus etiam procedit: & circa eam negatiue respondent Emmanuel Rodericus Tomo 1. q. 99. regul. qu. 55. artic. 17. Ioannes de la Cruz de Statu Relig. Lib. 2. Cap. 4. Conclus. 3. Portel. verb. Priuilegiij communicatio num. 23. Miranda Tomo 2. q. 46. artic. 5. Conclus. 2. Coelestinus in Compendio Tract. 8. Cap. 15. Bassæus verb. Priuilegium 5. num. 20. P. Palaus Tomo 1. Tract. 3. Disput. 4. Puncto 2. s. 9. num. 4. & alij. Contrarium tamen tenent aliqui, quos adducit Diana, & penitus sequitur Parre 3. Tract. 2. Resolut. 14. qui vt Religiosi dispensare possint in petitione debiti, licentiam Prouincialis exigunt, vbi & Diana ipse mentionem facit Societatis. Vnde immerito eum adducit Bassæus pro sententiâ priore, propter id, quod habet Parre 5. Tract. 13. Resolut. 46. ibi enim ad ea, quæ citato loco Partis 3. dixerat, se remittens, ait oppositum non videri sibi improbabile.

154 P. Suarez Lib. 8. de legibus Cap. 17. num. 6. quem sequitur P. Escobar de Mendoza num. 77. citatio priuilegium quidem sine restrictione transire affirmat: id quod in priuilegiis Societatis, quorum communicatio alijs est Ordinibus concessa specialiter ostendit ex eo quod priuilegia prius fuerunt concessa, & postea adiecta restrictio: & quia id fundatur in speciali modo gubernationis, quem habet Societas, & pro alijs Religionibus non est conueniens iudicatus. Item. Quia aliarum Religionum priuilegia communicantur Societati cum illa expressâ restrictione, dummodo Institutis Societatis, & Propositi, aut huiusmodi personarum deputatarum voluntati & beneplacito non refragentur. Ex Pio V. in Bulla, quæ incipit Dum indefessa. die 7. Iulij Ann. 1571. quæ limitatio ad alias Religiones non extenditur quoad communicationem priuilegiorum aliarum Religionum, vt per se constat. Addit tamen restrictionem extendi; quando in aliquibus Religionibus est gubernatio similis gubernationi Societatis, non ex vi communicationis cum Societate in illa restrictione, sed ex principio generali, quod communicatio priuilegiorum in vnaquaque Religione non debet esse cum dispendio disciplinæ regularis, vniuersiueque Instituto & regimini accommodata. Iuxta quem philosophandi modum procedit resolutio P. Arriagæ Tomo 2. in 1. 2. Disput. 32. de legibus num. 50. vbi ait quod si restrictio priuilegij facta est post communicationem alteri factam, non transit cum restrictione, quia illud communicans non considerauit quid tem-

Negatiua sententiam qui tenent.

Qui affirmatiuum.

Quid P. Suarez.

Quid P. Arriaga.

pore futuro circa illud priuilegium esset euenturum. Si autem communicatio post restrictionem accidit, & restrictio propterea adiecta, quia nocua priuilegiato, amplior licentia est iudicata, quæ tamen alijs talis non sit, probabilissimum existimat tunc etiam sine restrictione transire: & probabilissimum etiam transire cum illa. Quod apparet mirabile; vt scilicet duo contradictoria probabilissima sint, nec videtur stare posse: nam probabilissimum est, quod omnimodæ certitudinis gradum ferè attingit, vt vix formido aliqua relinquatur: hoc autem non patitur partem oppositam esse similiter certam: sic enim non leuis tantum formido esse debet, sed vehemens, cum adeo robusta sint fundamenta, vt rem ferè certam ostendant. Quantum ergo de probabilitate accrescit respectu vnius partis, tantum decrescit respectu alterius: sicut generaliter accidit, vt quo vehementius animus in vnam partem inclinetur, eo remissius ad aliam inclinetur.

155 Dico decimoquarto. Licet sententia affirmans priuilegium sine restrictione transire sit probabilis ob auctoritatem eam amplexantium, fundamenta contrariæ adeo robusta sunt, vt is perperis non videatur posse negari, additis vrgentibus coniecturis. Id ostendo.

Primo. Quia cui conceditur communicatio non plus conceditur, quam alius habeat, respectu cuius communicatio currit: ergo si alius priuilegium cum limitatione habet concessum, is qui communicat nequit illud sine limitatione fortiri. Antecedens est euidentis: nam si plus conceditur, plus est quam communicatio, & ita est implicatio in terminis. Consequencia autem eandem euidentiam habet: quia priuilegium sine restrictione plus est quam priuilegium cum illa: aut enim ablatio restrictionis nouum priuilegium est, aut illius pars. Et quidem si respectu eius, cui primò concessum est, restrictio adiecta tolleretur, nouum priuilegium esset, & magnæ profectò æstimationis: ergo cum respectu eius, cui communicatio conceditur, talis fauor extet, nouo dicendum est frui priuilegio: atqui nouo frui priuilegio nequit: ergo nec sine limitatione illud habere.

156 Secundo. Communicatio talis aut est priuilegij adinstar, aut omnino illi similis: quomodocumque autem dicatur, stare nequit sine restrictione transire: ergo illa nequit admitti. Maior constat ex communi Scribentium doctrinâ. Et Pater quidem Suarius citato Libro Cap. 16. numer. 10. bene probat communicationem, de qua loquimur, quæ scilicet inter Religiones datur, esse adinstar, quia est per imitationem similitum priuilegiorum: alij autem apud eundem existimant communicationem non dicere imitationem, sed identitatem, vt idem scilicet priuilegium, quod est in vno, ad alterum extendatur: hoc enim videtur propriè communicationis nomine designari. Iam Minor ex hoc manifesta est. Nam si communicatio est adinstar imitatione similis priuilegij: ergo debet seruari similitudo: atqui ea non staret, si priuilegium, quod limitatum in vno est, in alio limitationem huiusmodi non haberet. Si autem idem est priuilegium, res est manifestior: nam sublata limitatione iam priuilegium non est idem, cum addatur nouum,

In cuius resolutione aliquid notatur.

Afferio 14. Sententia affirmatiuum penitus præferendâ.

Ratio ex proprietate communicationis.

2. ex ratione concessionis ad instar, aut similis.